

Regensburg, der den mittleren¹ Theil unseres Textes im *Chronicon generale*² überliefert.

Karolus Magnus fundavit claustrum in Metem anno . . .

Anno 1236 combustum est monasterium S. Michaelis in Metem et omnia menia eius diruta atque destructa. Anno autem 1264 indiccione VII. IV. Idus Iunii reconsecratum est iam prenominatum cenobium eiusque altare reconsecrando reformatum³ agente domino Conrado de Aurbach plebano cum promocione Ottonis et filiorum eius dumcum Bavarie.

Notandum autem, quod primitiva fundacio prenominati monasterii exordium habuit sub Karolo Magno in hunc modum. Cum enim Karolus Magnus provinciam Bavarie tunc temporis obtineret, accidit quod transitum faceret in venacione positus per locum, in quo predictum monasterium pronunc est situm, tunc silvaticum existentem, viditque ibidem hominem dispositione heremitica existentem, qui in construccione cuiusdam cellule extitit occupatus et bipennem, cum quo lignum excidebat, ad radios solares suspendentem. Quo viso miraculo predictus rex admonuit prefatum heremitam nomine Uttonem, ut aliquid peteret ad profectum suum, quod presto esset se daturum. Qui petiit, ut cultus Dei in construccione cuiusdam monasterii amplificaretur. Quod rex statim annuit et monasterium ibidem fieri iussit et muneribus magnificis regaliter sublimando dotavit. In quibus sublimationibus per longa tempora perduravit, sed gravissime per combustionem ignis est depressum. In qua desolacione per longa tempora deguit, quousque secundario fuit reformatum, ut prius est expressum.

Anno 1297⁴ obiit Cunradus de Aurbach abbas et erector⁵ claustri in Metem⁶.

1) 'Ab hoc quoque Karolo primitiva fundatio monasterii in Metten exordium habuit in hunc modum' . . . bis 'muneribus magnificis regaliter sublimando dotavit'. 2) *Pez, Thes. IV, 3, 446*, wohl aus unserem Text. 3) 'Anno 1236' . . . bis 'reformatum' ist auch in *clm. 8201a* (*Speculum naturale des Vincentius Bellovacensis*) nach der Schlussnote 'Anno D. 1332 scriptus est iste liber' etc. eingeschrieben (aber nicht von der Hand des Schreibers der ganzen Hs., wie Mittermüller S. 86 meinte). Die oben folgenden Worte 'agente domino Conrado' etc., die *clm. 8201a* nicht enthält, sind aus anderer Quelle sicher irrthümlich darangefügt. *Bruschius, Centuria II, 27. 28* verbreitete den Irrthum (Konrad von Auerbach war erst 1287—1297 Abt des Klosters) weiter. Mittermüller (S. 40 und 51) sah sich hier darum vor kaum entwirrbaren Zweifeln, die aber im Sinne seiner Anm. 167 zu lösen sein dürften, besonders wenn man nun noch annimmt, dass der Irrthum in der vorliegenden Zusammenschreibung entstand. 4) So auch der noch vorhandene Grabstein. 5) Siehe dazu Mittermüller Anm. 167. 6) Diese letzte Notiz gedr. *Comp.*, ebenso eine unten am Rand der Hs. angebrachte, wohl auch aus Metten stammende Note ad a. 1347.